10

Q. D. B. V.

DISCURSUS PRACTICUS

DE

PROCESSU BANNITORIO SAXONICO,

vom Sächſ. Achts-Proceß/

QUEM

DEO AUXILIANTE

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

GUILIELMO HENRICO

DUCE SAX. JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ &c.

AUTORITATE ET DECRETO MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS IN FLORENTISSIMA AD SALAM ACADEMIA,

SUB PRÆSIDIO

IOHANNIS BERNHARDI Krieſen/

HÆREDITARII in Pöſen, JCTI, SERENISS. DUC. SAXO-ISENAC. CONSILIARII AULICI ET CONSISTORIALIS, ANTECESSORIS, FACULTATIS JURIDICÆ ET SCABINATUS NEC NON CURIÆ PROVINCIALIS ASSESSORIS,

Patroni ætatem venerandi,

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure honores, & privilegia Doctoralia rite capeſſendi

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CHRISTOPH. Haßferll/

Naumburgenſis, Ducal. Cameræ Saxo-Eiſenbergenſis Procurator, & Ducal. Præfecturarum a Tauttenburg & Camburg Advocatus Ordinarius

d. Mart. MDCCXIII. horis ante & pomerid.

JENÆ, LITERIS WERTHERIANIS

Digitized by Google

Digitized by Google

CAP. I.

DE FORMANDO PROCESSU BANNITORIO.

THESIS I.

Quomodo contra reum abſentem alicujus criminis capitalis accuſatum, proceſſus ſit inſtituendus, licet ex *l.3.ff & l.1.& 17. C. de accuſ. & inſcript. l.1. ff, & C. de requir. & abſent. damnand.* Cujac. *lib.20. obſ. 21.* & Farin. *q.10. n 50.* Clar. *§. fin. quæſt. 44. n.2.* Carpzov. *q. 140. n. 50. 52. 57. ſeq. Conſtit Cr. Carol. V. Art. 206. 155.* Claſen. *ad eand. arti 55. n 1. 2. ſeq.* ſufficienter paſſim appareat, attamen, quomodo bannitorius formandus, jam erit operæ pretium proponere. Qui definitur, quod ſit proceſſus, qui contra reum abſentem vel fugitivum propter delictum capitale commiſſum inſtituitur, juxta formam & ordinem proceſſus ordinarii, partim exiſtente, partim conſtituendo criminali accuſatore, offe-

Digitized by Google

do libellum, conteſtando litem, probatione, reprobatione & diſputando atteſtata usque ad ſententiam peragendo, *L. 2. C. de Cuſt. reor.* Petr. Theodor. *coll. cr. diſput. 4. theſis I.* Carpzov. *pact. 3. quaeſt. 140. num. 57. ſeq. & proceſſ. civ. titul. 1. Artci. 4. num. 20.* Dambud. *pr. cr. cap. 5.* Quo autem locum habeat Bannitorius, requiruntur potiſſimum tria, 1) ut adſint conjecturæ & probabilia contra accuſatum indicia, quæ examinantur in inſtituenda inquiſitione prævia ſummaria, vel generali, quæ omnino præcedere debet proceſſum banni, ex qua judex informetur Carpzov. *d. loc. num. 50.* Ejusmodi indicia ſunt vulnus per ſe lethale, ex occiſi hominis vel cadaveris ſectione apparens, in caſu homicidii, in adulterio vero imprægnatio, ſuſpecta converſatio, depoſitio teſtium, ceſſante partis læſæ vel uxoris, vel mariti, condonatione & reconciliatione, *Carpz. d. l. n. 55.* 2) Requiritur, ut exiſtat corpus delicti, ſcilicet, delictum capitale vere perpetratum Landrecht. *l. 16. Art. 67. 68.* Coler. *p. 2. D 108. n. 10.* Carpzov. *d. l. n. 52. ſeq. & q. 120* Wehner *ſub voce Acht.* 3) Requiritur, ut nulla adſit arripiendi occaſio abſentem, omnique adhibita diligentia in carcerem conjiciendi, & nulla notitia loci, ubi degat abſens, impetranda, Carpzov. *q. 140. n. 66.* Hisce conſideratis, judex, ut omnibus innoteſcat delictum, per literas jurisdictionis patentes vel requiſitoriales ſubſidiarias, vulgo offene Steck-Briefe/ ad locos quos delinquens, vel ob affines, amicos, & negotiorum geſtorum cauſa, frequentare ſolitus, emiſſas, abſentem perſequi jubet. *l. 3. ff. de cuſt. & exhib. reor.* Wehner. *obſ. pract. voce* Steck-Briefe *p. m. 458.* Coler. *p. 4. c. 1, n. 207.* Claſſen. *ad C. C. C. V. Art. 56.* Carpzov. *p. 3. q. 111. n. 36 & q. 113. n. 34.* Formula epiſtolarum requiſitorialium patentium ſub ſigillo judiciali & ſubſcriptione judicis corroborandarum, conſiſtit in eo: ut Judex illis, præmiſſo titulo, & relatione accuſati delicti,

de-

Digitized by Google

delinquentis fugitivi perſonæ deſcriptionem ratione formæ, ſtaturæ, conſtitutionis corporis, faciei ejusdem coloris & linguæ, Ivadæ, & veſtimenti, inſerat, & ad judices paſſim, ſub quibus abſens latitat, & præſumptio ejusdem præſentiæ exiſtit, transmittat, annexa petitione, ut ſubſcribat requiſitoriales eſſe inſinuatas, eum in finem, ut ad cuſtodiam detur, & remittatur delinquens, ſolutis expenſis, ad judicem requirentem dato inſtrumento, quod reverſum appellant, ſigillo judiciali munito, quo in pari caſu ſe obligat ad exhibendum accuſatum, expenſis æqualibus inpoſterum ſolvendis, ſub oblata promisſione, factam exhibitionem captivi judicio apprehenſionis haut noxiam, ſed innocuam & nullius prorſus præjudicii fore, Coler. Carpzov. Claſſen. Wehner. *d. l.* Sed circa inſinuationem, ut ad accuſati notitiam perveniat requiſitio, opus eſt tabellario jurato, qui perſonam rei novit, & inſinuationis annotationem procurat, & requiſitorialibus ſubſcribere & ad acta remittere petit. Quibus peractis iudex acta ad dicaſterium vel collegium prudentum transmittit, ubi ſententia ferri ſolet, daß mit dem Achts-Proceß zu verfahren/ Carpzov. *p. 3. q. 140. n. 46. 47.* Et licet publicatione hujus ſententiæ ideo, quod ad inſtantiam & informationem judicis lata, opus non ſit, attamen judex, ſi eandem publicari juſſit, abſente ad audiendam ſententiam citato, non errat, quo facto ulterius ad conſtituendum accuſatorem, quem fiscalem appellant, progreditur.

Theſ. II.

Quod Jure Saxonico Acht/ Jure Romano Proſcriptio vel Annotatio, appellatur, Carpz *pr. crim. p. 3. q. 40. n. 12.* ſiquidem fugitivi delinquentis bona annotantur, emanente vero illo per annum, nec ſe defendente, fisco traduntur *l. 1, §. 2. 3. 4. & tot. tit. ff. & C de req. vel abſent. damn.* Vo-

Digitized by Google

catur alias bannum, quod nomen nullibi in juribus antiquis ſed tantum in noviſſimis, quæ ſunt edita per Fridericum reperiri notat Carpz. *cit. loc n. 8.* quod nonnulli derivant a bono publico, quaſi ſit a bono publico excluſio; Aliis à Bannerio vel vexillo, quia banniti haberentur pro hoſtibus, quos vexillis ſolemus perſequi vel quia Vandali ad certas ceremonias vexillis uſi fuere, Gail. *l. 2. de PP. c. 1. n. 2.* Dicuntur banniti die Echter à Græco Ἐχτρὸς i. e. inimicus, hoſtis Carpz. *p. 3 q. 140. n 12.* quia in bannum declarati, cives fuerunt, & tales eſſe deſinunt, *l 5. §. 2 ff. de cap. min. l. fin ff. d. remilit. l. 1. ff. & C. de req reis.* Nobis in præſenti non de banno Imperiali ſed de Saxonico agendi eſt animus. Et eſt Bannum pœna alicujus delicti, quæ ex authoritate Judicis principaliter procedit, ut bannitus ſit, qui ex diſtrictu vel territorio ſit dejectus. Ideoque Bannire in die Acht oder Bann thun/ einem Waſſer und Weid verbiethen/ oder von Gemeindſchafft und Brauch Waſſers und Feuers bannen/ Chil. König. *proc. tit.* von der Acht/ Theodor. *Coll. crim. c. 10. 11. 17. 18. 19.* Gail. *l. 1. c. 1. n. 11. 12. 14. de PP.* Carpzov. *p. 3. q 140. n. 7. 8. 9. 10.*

Theſ. III.

Eſt vero duplex, nimirum bannum *prius* ſeu *primum*, & *ſecundum*, *ſive ſuperius*; Chil. König *tit.* von der Acht Coler. *p. 2. Dec. 108. n. 25.* Theodor. *coll. cr. c. 10. l. 6. d. 14. 19. n. 5.* Carpzov. *p. 3. q. 140. n. 37. ſeq.* *Primum* ſeu *prius*, vel etiam *ſimplex*, vulgo nuncupatur Acht/ (Unteracht) ubi bannitus ſi intra annum venerit & ſe purgaverit, auditur, Carpzov. *p. 3. qu. 140 n 37. 38.* Chil. König *d. l. 5.* und heiſt darumb eine Acht. *Secundum* ſeu *ſuperius* bannum die Oberacht/ vocatur, quod incurrit reus fugitivus ſi bannitus primo decreto intra annum a die primæ annotationis der Acht computandum non comparuerit, nec in nocentiam deduxerit, *Carpz. p. 3. q. 140. n. 39. & 40.*

Et

Digitized by Google

Et quia hujus banni effectus honoris, vitæ & bonorum omnium amiſſio, hinc bona fugitivi annotantur judicialiter & cuſtodiuntur etiam ante declarationem primi banni, ne fiſcus, bannum ſuperius expectans defraudari, & confiſcatio bonorum per diſtractionem eludi queat, prout diſpoſitum in Conſt. Cr. Carl. V. *Art. 206.* Claſſen. & Stephani *ad eand.* Uti apud Carpzov. *q. 140. n. 129.* pronunciarunt Dn. Scabini Lipſienſes. und wird zugleich mit annotation und Aufzeichnung des flüchtigen Güther auf euer Anhalten vermöge Keyſer Carls des V. und des H. R. R. Peinlicher Gerichts-Ordnung verfahren/ ſolche unverruckt in gebührliche Verwahrung genommen/ und ihme/ inmittelſt/ weil er in Flüchten/ davon nichts gefolget. Ex quibus apparet clariſſime bonorum fugitivi, vel banniti nullum eſſe commercium, & talia annotata bona non poſſe alienari, juxta Ord. Crim. Carl. V. *d. art. 206. de bonis reorum qui in fuga degunt*, Claſſen & Stephan. *ad eand. n. 6.* Sed annotationi attribuuntur certa requiſita, 1) ut annotatio fiat ſi citatus in termino manet, a judice, qui judicium in loco commiſſi delicti criminale exercet, duobus præſentibus Scabinis cum Actuario notario, & ad acta ordine accurato & diſtincto conſcribantur bona, ne quicquam abſenti de bonis annotatis ad vivendi media porrigatur, & ex hoc eo melius, deſtitutus vivendi mediis, ad revertendum cogi poſſit 2) ad evitandam ſuſpicionem, præſentibus cognatis fugitivi, omnia & ſingula bona & mobilia & immobilia, tam feudalia quam allodialia, quæſita ſunt ſub juriſdictione judicis eum in finem annotanda ſunt ut reus fugitivus eo facilius ad revertendum inducatur. Ideo & Imperator *in d. Conſtitutione* ne quicquam de bonis annotatis diſtrahatur & abſenti concedatur, prohibet; bona vero ſub alio judice ſita ne alienentur, judex competens in ſubſidium poſtulat. Sed in favorem uxoris vel liberorum, præprimis bonorum, quæ ſervari non poſſint, ne pereant, facul-

Digitized by Google

cultas vendendi conceditur. Neceſſe vero eſt fiat venditio non clam ſed adhibitis Scabinis & abſentis cognatis, in quorum præſentia æſtimantur, & pretium notatur, indeque neceſſariis perſonis prævio Magiſtratus decreto, alimenta præſtantur, Claſſen. ad Ord. Crim. Car. *V. Art. 296. n. 23.* Stephan. *adeand.*

Theſ. IV.

Proceſſus bannitorius quia ordinarius, ideo a proceſſu inquiſitorio, qui extraordinarius, eſt diverſus, ibi enim non exiſtit accuſator, ſed judex ex officio contra delinquentem inquirendo procedit, Carpzov. *q. 107. n. 1.* Zanger. *d. exc. p. 1. c. l. n. 60.* Farin. *pr. cr. c. 3. n. 3.* Damhud. *pr. cr. c. 3. n. 3.* Theodor. *coll. cr. diſp. 4. theſ. 8.* Hinc ſimul accuſatio & inquiſitio inſtitui & tractari non poteſt, ſed accuſatore exiſtente, ceſſat inquiſitio, cum remedium ordinarium ceſſare faciat extraordinarium *l. 3. ff. d. nov. op. nunc.* Carpzov. *q. 107. n. 3.* Idcirco Dn. Scab. Lipſ. in cauſa de Nismiz contra Breda ad requiſitionem der Stadt-Gerichte zu Naumburg M. Jan. 1614. reſponderunt, daß neben der erhobenen ordentlichen accuſation mit fernerer inquiſition wider den Angeklagten nicht zuverfahren / ſondern ſolche inquiſition hinführo billig eingeſtellet wird V. R. W. Licet autem nemo ad accuſandum compelli poſſit. *l. fin. C. d uſu. pupill. Authent. qui ſemel C. quomodo & quando judex. C. crim. Carl V. Art. 214.* attamen Judex ex officio ad procedendum in proceſſu inquiſitorio vel bannitorio eſt obſtrictus, ne delicta maneant impunita *l. 51. §. 2. verſ. quod ſiquis ff. ad L. A. qu. l. 4. §. 2. ff. d. nox. action.* Carpzov. *qu. 10 n. 54. & q 107. n. 7.* Judex dicitur competens, in quo loco delinquens ſortitur forum, ratione nimirum 1) domicilii 2) delicti & 3) apprehenſionis, modo jurisdictio ſuperior ei competit, *l. 7. §. per & ult. ff. de accuſ. L ult. de nox. act. l. 19. §. 1. ff. d. jud.* Farin *l. 1.*

tit. 1.

Digitized by Google

tit. 1. q. 7. Carpz. *p 3. q. 110. n. 8.* Theod. *coll. tr. c. 10. n. 17.* Rauchbar *q. 50. n. 11.* Interim forum delicti tanquam potentius omnia alia ſuperat judicia, Anton. Teſſaur. *Dec. 90.* Decian. *4 tract. crim. 18. n. 9.* Ratio quia in loco delicti commiſſi cauſa facilius expediri, & inquiſitio, vel proceſſus bannitorius per teſtes, ſepoſitis multis ambagibus & expenſis, & ob ſcandalum datum peragi & pœna in terrorem aliorum infligi poteſt, Perez. *in Cod. d. inſcr. & accuſ. Authent. qua in provincia C. ubi d. crim. agi oportet,* Carpzov. *q. 104. n. 62. 63. q. 110. n. 21. 31. 45. 46.* Aſt vero Judex competens in via publica perpetrati delicti capitalis, eſt dominus territorialis, regalia ſibi aſſignans, *l. 1 ff. d. off. praef. urb. l. 13. ff. d. off. praeſ. Conſt. Elect. Sax. de anno 1506.* Zanger. *de exc. p. 2 c. 1. n. 244.* Roſenth *d. feud. c. 5. concl. 20.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 145.* Carpz. *q. 110. n. 39. 43. 44.*

Theſ. V.

Judex competens conſtituit accuſatorem, qui vulgo nuncupatur Peinlicher Anwald/ oder Fiscal, oder Anklåger/ Carpz. *q. 105 & n. 9. & q 106. n. 30. q. 140 n. 57. 88.* qui ſit perſona clariſſima, jure perita, inſtructa mandato, cujus officium laudabile eſt & honeſtum *argt. l 15. C. de Accuſ.* Brunnem. *ad eand. l ult. C. ubi ſenatores* Gail. *l. 1. d. P. P. n. 10. 11. 12.* Carpz. *q. 105. n 3.* Conſtit. *crim. Carl V. in pr. Ordin. pr. Altenburg. p. 3 o. 10. §. 4* Oldek. *tit 1. Obſ. cr. 4.* in quibusdam locis prætor appellatur, ne ipſemet judex in proceſſu ordinario accuſatoris vices agere & officio judicis ſimul fungi videatur; Inde fiſci advocatus fungitur officio accuſatoris, *l. 5. C de Delat.* Zanger. *pr de q[?]. ſ. tort. n. 18.* Carpz. *q 103. n. 6.* quare non ſolum judex & Aſſeſſores, ſed etiam illi, qui imperitorum opera in tali negotio uſi ſunt, tenentur propter imperitiam, *l. fin. C. de cuſt reor. Conſtit. C. Carl. V. Art. 1.* cauſa enim magni & ardui momenti criminalis eruditos & expertos requirit judices

l. 2

Digitized by Google

l 2 C. de Pedan. Jud. Cothm. *vol. 3. Reſp. 15 n. 62.* Oldekopp. *Obſ. cr. tit. 1. O. 1. n. 9.*

Theſ. VI.

Verum non ſufficit habere judicem competentem & conſtitutum accuſatorem, ſed hunc inſuper formare ſolennem, aptum, libellum criminalem atque in ſcriptis judici competenti inſinuare oportet: Formam libelli proponit *Conſt crim. Carl. V. Art. 88. 89* Claſſen. *ad eand. n. 12. §. 4. l 3. ff. de inſcript.* Continere debet 1) Judicium 2) nomen accuſatoris & accuſati, 3) narrationem delicti cum circumſtantiis, quo die, menſe, anno, loco, qua cum perſona delictum commiſſum 4) medium concludendi, 5. epilogum. Ideo in hoc formando ſumma animadverſione opus eſt, ne accuſator, oppoſita exceptione inepti libelli, cauſa cadat *l. 3 ff. & l. 16. 17. C. d. accuſ. & inſcr.* nam illorum uno in conceptione libelli deficiente, libellum ceu vitioſum ex officio rejici poſſe, ait. Ægid. Boſſius *inpr. cr. tit. de inquiſ. n. 65.* Claſſen. *ad CCCV. Art. 83 89. l. 3 ff. de accuſat.* Verum enim vero, indicia ſimul & conjunctim in libello criminali exprimi, vel, quod melius, illi ſpecifice annecti debere *Art. 88. 89. CCCV.* non continetur, nulla enim ibi fit mentio indiciorum, quod & conveniens, *l. 3 ff. d. accuſ.* ſed enim praxin contrarium docere, refert, Ægid. Boſſius *pr. cr. tit. de inqu. n. 95.* & poſt eum Carpzov. *q. 106. n. 11.* docet in libello accuſatorio delictum & indicia ſimul cumulari ſolere; ratio eſt, quia reus non confeſſus crimen, ſaltem ſuper indiciis, quibus gravatus, poſtea torturæ ſubjici poteſt. Exinde quia more ſolito juxta *l. 47. ff. de obl. & Act.* ſumus propenſiores ad negandum ſi occaſionem habeamus, accuſatus delictum ſæpiſſime negat, accuſator prudenter agit, qui ſimul indicia libello annectit, nam quæ in animo conſiſtunt, & ſenſui viſus, ut adulterium, non ſubjecta, ſunt difficillimæ probationis, hoc caſu

Digitized by Google

ſu, deficiente delicti ſimplici probatione, acta ſuppeditant indicia ad modum ſemiplenæ probationis, quæ, uti dictum, torturam operantur; Etſi enim articulatus libellus in foro Saxon. Elect. plane rejiciendus, juxta *Conſt. Elect. 2. in verbis* ſo wollen wir / daß libellus articulatus nicht zuläßlich ſey / und wenn daſſelbe gleich nicht von part gefochten / jedoch ex officio judicis verworffen werden ſoll / ex hoc tamen non plane infertur, libellum ſi indicia eidem annectantur, ineptum eſſe, quia non ad partem libelli ſed modum probandi pertinent, quod vetuſtiſſimæ conſuetudini judiciorum Sax. conforme; Unde Dn. Scabini Lipſienſes reſponderunt apud Carpz. *q 106. n. 23.* daß Angeklagter auf die erhobene Anklage und angehangte indicia ſich einzulaſſen und zuantworten ſchuldig / ſed evenit, quod conſideratione dignum, ut non ſemper tempore formandi libelli annecti poſſint libello omnia indicia, ſed reſervanda, eo, quod accuſator de omnibus tunc temporis notitiam habere non potuerit, quæ poſtea in progreſſu cauſæ eluceſcunt & emergunt. Hoc caſu accuſator prudenter agit, ſi notiſſima ex actis annectat & alia reſervet indicia. mox ante litis conteſtationem proferat, & ſpecifice offerat judici, ne accuſatus negans fundamenta libelli, abſolvatur, licet poſtea accuſatori poteſtas detur etiam poſt litem conteſtatam indicia proferendi, ad quæ accuſatus reſpondere tenetur, Carpzov. *q. 106. n 21. 30.* Oldek *t 7 O. cr. 36.* Uti autem ad evitandas prolixitates annexus indiciorum in libello neceſſario requiritur, ita & laudabilis pro abbreviandis litis ambagibus introducta eſt obſervantia quibusdam in Ducatibus Saxonicis, quod ſcilicet libellus tam ad inferius, quam ſuperius bannum, ſimul & conjunctim, non obſtante exceptione inepti vel cumulati libelli, formari debeat vid. *Ordin. proc. jud. Altenburg p 3 c. 10. §. 17.*

Theſ. VII.

Quia citatio fundamentum judicii eſt, hac omiſſa judi-

dicium redditur nullum, *§. ult. Inſt. de pœn. temer. litig.* Mevius *p. 2. Dec. 237.* Carpz. *q. 140. n. 59.* & contra inauditum in civilibus, magis contra abſentem inauditum in criminalibus, ubi de vita hominis agitur, non procedendum; Ita reus ad defenſionem innocentiæ vel reſpondendum ad accuſationem & excuſandum edictaliter & peremptorie a judice citari debet, ante quam declaretur accuſatus ut bannitus, Coler. *1. Dec. 108.* Chilian König *proc. c. 27.* Moller. *ad Conſt. El. 3 n. 18. p. 1.* Inde citatio legitima emittitur edictalis, & fieri debet inſcriptis & obſervanda 1) ut ſit peremptoria, expreſſis verbis inſertis, quod accuſatus peremptorie ſub comminatione annexa ad certum terminum & diem, in quo compareat coram judicio, citetur. Forma clauſulæ eſſe ſolet, in Fall Angeklagter nicht erſcheint/ nichts deſtoweniger geſchehen und ergehen ſoll/ was Recht iſt/ quæ comminatio vim citationis peremptoriæ ſuſtinet, 2) legitimus terminus ſpatium ſaxonicum, ein vollkommene Sächſiſche Friſt von Zeit des Anſchlags anzurechnen/ 3) ut affigatur citatio publicis valvis in vel extra locum judicii vel aliis conſuetis locis, ubi affiguntur edicta & judicialia documenta, in diverſorum, trium nimirum Dominorum territoriis in dreyer unterſchiedener Herren Landen. Ratio, ut accuſatus eo facilius termini præfixi ſcientiam impetrare queat & exceptio juſtæ ignorantiæ & non ſufficientis citationis ceſſet, de quibus *l. 2. C. quomodo & quando jud.* Moller. *Conſt. El. Sax. 3. n. 18. 19. p. 1.* Gloſſ. *in art. 67. tit. D. l. 1.* Landrecht Coler. *pr. ex p. 1. c. 2. n. 18.* Dec. *108. n. 2.* Chil. König *proc. tit.* von der *Citation c. 27. §.* die andere *Citation* Piſtor. *p. 1. q. 3. n. 9.* Zanger. *de except. p. 2. c. 6. n. 6.* Carpz. *q. 140. n. 59. 60. 61. 62. 63. 64.* 4) Citationi edictali inſeratur tenor totius libelli in hunc finem, ne accuſatus exceptione non communicati libelli tueri ſe poſſit, Ordinat. *proceſſ. Sax. Elect. tit. 4. verb.* damit ꝛc. Coler. *p. 1. Dec. 108. n. 2.* Zanger. *de exc. p. 2. c. 6.* Piſtor. *n. 9. p. 1. q. 3. n. 9.* Carpz. *q.*

140. n. 63. Hæc citatio igitur cum epiſtolis requiſitorialibus a judice criminali mittatur ad illum judicem, ubi citatio edictalis affigenda, cum petitione, ut illam affigi & non prius refigi jubeat, quam Judex requiſitus denuo imploretur de refigenda citatione, qua die & hora utrumque factum ſit; obſervandum autem eſt, quod citatio ſoleat continere plus quam terminum ſaxonicum, ne quando Judices affigere vel refigere negligunt, terminus legalis circumducatur, & Judex requirens denuo accuſatum citare obligetur. Affigi vero citatio debet, ſemel *1)* in Electoratu Saxonico, Ducatu Saxo Gothano vel Altenburgico, aut Vinarienſi, ac Iſenacenſi, & Swarzburgico nec non Comitum de Reüſen, Stolberg, 2) in loco ubi delictum factum eſt, ita ſufficiens & legalis erit affixa citatio. Qua ratione, & qua prudentia & ſolertia citatio affigenda, ne contrahatur nullitas vid. Carpzov. *Inq.* und Achts-Proceß *tit. 15. a. 2. §. 3. & 9. 40. n. 69. ſeq.* Keyſer *pr. cr. p. 2. pag. 49.* In loco domicilii autem, accuſato commorante, non apparente tamen apprehendendi eum occaſione, ſufficit, ut citatio ad domum ejus familiæ inſinuetur & affigatur in loco judicii vel alio conſueto Carpz. *q. 140. n. 67.* Ut autem nullitas evitetur, ne illo in die, in quo alias inſtitui ſolet dies pœnitentialis ein Buß- Beth- und Faſttag/ terminus in edictali citatione denominetur, licet ſalvo proceſſu ſequenti die forum agere, vel dies juridicus & terminus præfixus absque nullitate peragi poſſit, uti Dn. Scabini Lipſienſes M. Oct. 1679. pronunciarunt, vid. Keyſer *pr. cr. p. 1. §. 41. n. 108.* Et diverſarum feriarum *l. 2. C. de feriis* mentio facta, ut feriæ meſſium a die octavo Julii usque ad duodecimum quartum auguſti concedantur. Dies paſchalis & dies natalis Domini & Epiphaniæ, ſeptem qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur, niſi per jura provincialia aliud diſpoſitum, ſine ſtrepitu quoque ſunt obſervandi. Quæ vero circa ferias ſit principis & quæ aliorum magiſtratuum poteſtas, tradit

 Un-

Ungep. *ad tit. x. de fer. n. 13. & 14.* Interim tenendum, quod affigi citatio plerumque in locis celebribus debeat vel ubi accuſatus de cognatis & amicis gloriatur, vel alicujus commercii & converſationis cauſa eſt clarus, ut citius, ob multitudinem turbæ, ad notitiam accuſati perveniat terminus præfixus. Acceptato itaque citationis edicto a Judice requiſito in fine ejusdem ponatur quo die, hora & loco citatio affixa, adjecto actuarii notarii judiciique nomine, eum in finem, ut exinde terminus judicialis conſtet, ſcilicet die völlige Sächſiſche Friſt/ von Zeit des Anſchlags. Ne vero judex requiſitus absque nova requiſitione refigi jubeat edictum, ideo fit, ne Judex requirens expenſas inanes facere & exceptionem nullitatis quoque pati cogatur; Nam unica hora deficiente citationi, Judex fruſtraneum profitetur actum, qui nullitatis nota contrahitur; Idcirco accuſatus liberatur contumaciæ pœna, ut pronunciatum: weil nicht zubefinden/ das Peinl. Angeklagter von Zeit des öffentlichen Anſchlags zu dem termino keiner Sächſiſchen Friſt die Citation in ſich gehalten/ ſo geſchicht ſolches vor allen Dingen nochmahls billig/ Coler. *p. 1. Dec. 107. n. 26* Carpzov. *q. 140. n. 64. 72. & n. 9.* in Achts-Proceſſen *tit. 15. art. 2. §. 6.* In loco itaque publico per ſpatium Saxonicum affixa citatione edictali, Judex requirens deinde literis a judice implorato contendit, ut refigatur edictum adjectaque ſubſcriptione, qua die & hora hoc factum, remittatur, cui judex rogatus reſpondet; & citatio a judice remiſſa ad acta priora deponitur. Verum enim vero an edictali citationi inſerenda ſit ſalvi conductus ſpecialis clauſula ein frey ſicher Geleit zu Recht/ und vor unrechter Gewalt/ cujus effectus non niſi ad dies præfixos juridicos, non futuros & extra judiciales absque ulla præſtita cautione, & extendatur & concedatur, volunt Claſſen. *ad Conſt. crim. Carl V. art. 156.* Zanger. *p. 2. c. 5. n. 24. de except.* Coler. *p. 4. c. 1. n. 242.* Carpzov.

q. 112.

q.112. n. 12. 13. 14. 15. Nonnulli quidem authorum hanc opinionem plane rejecerunt, cum expeditum, quod quælibet citatio ſalvum conductum ſcilicet generalem quaſi in dorſo ſecum ferat, juxta brocardicum ſaxonicum apud, Moller. *l. 2. ſemeſtr. c. 1.* Heig. *p. 2. q. 12. n 38. 39.* eine iede citation bringt das ſichere Geleit mit ſich/ Coler. *pr. ex. c. 1. n. 236.* quod per triduum durat. Sed ex fundamento Ordin. *Cr. Carl. V. art. 156. in verb. fin.* und ſoll derſelbige zu Recht für unrechter Gewalt/ und nicht weiter vergleitet werden/ omnino tanquam ſpeciale requiſitum, citationi clauſula ſalvi conductus inſeritur, ne hac omiſſa clauſula accuſato anſa opponendi exceptiones, metus, carceris, & loci non tuti & præſcriptionis fori, præbeatur, quarum effectus ſit ut accuſatus pro contumace declarari nequeat, Carpzov. *d. l. q. 112.* Interim hodie in formanda hac citatione peculiaris notanda cautela, quod in illa tres termini, nempe 1) ad litis conteſtationem 2) ad inrotulandum acta, 3) ad publicandam ſententiam, inſerantur & præfigantur, quo fit, ut expenſis parcatur. Sed termini ad litis conteſtationem & inrotulandum acta eadem dies conſtituitur, ſed poſt 3. vel 4. ſeptimanarum ſpatium publicationis ſententiæ dies ſignificandus, *Ord. proc Sax. Altenb. p. 3. c. 10. §. 4.* Carpz. *in Inqu.* und Achts-Proceß *tit. 15. Art. 2. § 8.*

CAP. II.

TRACTAT MODUM JUDICII CRIMINALIS CONSTITUENDI, wie das Peinliche Hals-Gerichte zu hegen ſey.

Theſis I.

Hiſce legaliter præſuppoſitis progredimur ad judicium

cium formandum ipſum, quod eſt moribus ſaxonicis introductum, in quo obſervantia cujuscunque judicii ſummopere attendenda, de quo plerique interpretum Juris ſaxonici & præter Chilian König in proc ſuo ſub titulo, wie der Richter ſein Peinlich Hals-Gericht recht hegen ſoll/ Carpzovius prolixe & clare *prax. crim. p. 3. qu. 36. Conſt. Crim. Carl. V. Art. 82. verb.* nach Ländlichen Herkommens eines ieden Orts/ *& Art. 87.* nach iedes Gerichts guter Gewonheit/ Quos ſecuti ſunt, ad citatum *C. Crim. C. V.* Stephan. Blumlach & Claſſenius *ad Conſt. eandem in præf. verbo:* Peinliche Gericht oder Peinliche Hals-Gericht. Sed enim hoc judicium duplici & diverſo ſenſu accipitur, 1) Peinlich Hals-Gerichte 2) Hoch Nothpeinlich Hals-Gerichte: boc vocatur, quando reo de crimine jam confeſſo & convicto per ſententiam ſcabinorum dicaſterii mortis ſupplicium indictum, quod reus effugere nequit. E contrario illud obtinet, ſi adverſus reum abſentem vel præſentem nondum confeſſum & convictum proceſſus criminalis bannitorius inſtituitur, quem accuſator ad mortis pœnam condemnari petit, *Conſt. Crim. Carl. V.* Coler. *p. 1. Dec. 22.* Stephan. *in præf. ad Conſt. Crim. C. V. n. 13.* Fachin. *diff. jur. 13.* Claſſen. *ad d. C. C. C. V. præf. verbo:* Peinlich Gericht oder Peinlich Hals-Gericht/ *Ordin proc. Altenb. Sax & prolixius p. 3. c. 10. §. 4.* Carpzovius *pr. cr. p. 3. q. 136. n. 53. 54. 55. 56. ſeq.*

Theſ. II.

Receptæ in foro ſaxonico ſolennitates judicii criminalis omnino adhibendæ ſunt, illis enim non obſervatis proceſſus dicitur nullus Carpzov. *q. 136. n 4.* idcirco judex una cum actuario nec non Scabinis numero tribus adeſſe & conſidere ſub dio debet, qui campanæ ſigno (quod tantum ſi delinquens ad pœnam mortis trahitur, adhiberi ſolitum) dato, e vagina exertum gladium, in manu dextra erectum tenet, ut ſancitum in *Ordin, Crim. Carl. V. Art. 82.*

Art. 82. in verbis expreſſis. Das Gerichte mit der gewöhnlichen Glocke belauten/ und ſollen die Richter die Urtheiler heiſen niederſetzen/ und er ſoll auch ſitzen/ ſeinen Staab oder blos Schwerd in Händen haben/ Chil. König proc. ſubtir. Wie der Richter ſein Peinlich Noth Hals-Gerichte recht hegen ſoll/ erſtlich darff man das Schwerd nicht ausgezogen haben/ ſondern wenn ſich Richter und Schöppen in die Banck niedergeſetzet/ ſo zeucht der Richter das bloſe Schwerd und hält es in der rechten Hand/ Stephan. *ad Ord. Crim. C. V. A. 84.* Carpzov. *p. 3. q. 136. n 5. 6. 7 8. 9 ſeq.* Ord. proc. jud. Ducat. Sax. Altenb. *p. 3 c. 10. §. 6. n. 1. & §. 20.* Quamvis autem non negandum juxta juſſum Carl. V. Art. 87. ſeptem vel octo requiri Aſſeſſores, hodiernis moribus tamen hunc numerum coarctari videmus, & uſu receptum, quod ſolummodo interrogationes & reſponſiones numero tres, tanquam impares requirantur, ut imparibus votis res citius dijudicetur, Stephan. *ad C. C. C. V. A. 84.* Claſſen. *ad eand. Ordin. proc. Altenb. d. l.* Carpzov. *q. 136. n. 10. 11. 12. 13. ſeq.* Utut vero de gladio e vagina exerto dubitet Carpz. *p. 3. q. 36. n. 69. 70.* & ob reſponſa ſcabinatus Lipſienſis contrarium ſtatuat in verbis: Intermino das Gerichte/ peinlicher Arth nach/ die Gerichts-Perſonen/ iedoch ohne ausgezogene geſchliffene Wehre geheget/ textus tamen ſupra allegati in *Conſt. Crim. Carl. V. art. 82. in verbis* bloſſes Schwerd/ Stephan. *ad eand.* König. *d. l.* ſunt generales, ideoque in terris ſaxonicis gladium e vagina exertum in criminali judicio adhibendum reſtatur Carpzov. ipſe *q. 36. n. 5* Hanc gladii ſolennitatem ſignificare poteſtatem gladii animadvertendi in facinoroſos judici conceſſam & ſic in judicii decorem & populi terrorem adhiberi volunt. Claſſen. *ad Conſt. Crim. Carl. V. art. 82. n. 4.* Plures ſolennitates in tali negotio adhibendas, quomodo accuſator coram hoc judicio compareat, oretenus accuſationem repetat, reus condemnetur.

 petat

Digitized by Google

petat, actuarius judicii omnia ad acta referat vid. *Conſt. crim. Carl V. art. 182.* Claſſen. *ad art. 84. 181.* Carpzov. *q. 136. n. 9. usque 68 Ordin. proc. Sax. Altenburg d l. noviſſima* ubi die Hegung des Hals-Gerichts præſcripta, Keyſer. *pr. crim. p. 2. in projecͭ. p. 421. usque 439.* Hoc criminali judicio conſtituto, demum & non prius eſt judex, extra conſtitutionem (ohne die vorhergehende Hegung/) pro privato habetur *Landrecht. l 1. art. 59.* Carpzov. *p 3 q. 106. n. 23. & inquiſ.* und Achts *proc. tit. 15.*

Theſ. III.

Porro & illud obſervandum, quod prius ad judicii finem progrediendum non ſit nec reus proſcribendus, quam abſens condemnatus ad pœnam, & ſententia loco judicii ordinario lata & res judicata Carpz. *q. 136. n. 96.* in gewöhnlichen Verſetz-Stube wie ſichs in ordentlichen proceſs geziemet / Carpzov. *p 3. d q 136 68. 69.* das Peinliche Hals-Gerichte ſoll nicht aufgegeben werden / ehe und zuvor definitive erkant/ *Ord. proc. Sax. Altenburg. p. 3. c. 10. §. 19. in verbis*: ein einmahl gehegtes Nothpeinliches Achts-Gerichte ſoll nicht bey Endigung des erſtern Sitzes aufgegeben werden/ſondern die einmahl vorgegangene Hegung ſich auf alle Termine bis zu Endigung der gantzen Sache erſtrecken. Porro una ſerie accuſator libellum accuſatorium ad acta viva voce repetit & actuario judicii præſentibus Scabinis cum Judice, in calamum dictitat *Conſt. Elect Sax. 1. p. 1. Ordin. proc. Sax. Altenb. C. 10. §. 16. in verb.* mit zuläßigen 3. abgewechſelten Sätzen von Mund aus in die Feder verfahren ſolle/ Idcirco *Conſt. Crim. Carl. V. art. 89.* quæ ut repetitio viva voce in verbis, ſo mögen die Schrifftl. in die Gericht legen/ fiat, non vult, diſcrepat a juris ſaxonici diſpoſitione, quæ ut viva voce fiat repetitio, deſiderat, *Conſt. Elect. & Duc. Sax. Altenburg. l. citatis* Carpzov. *q 136. n. 7. 8. ſeq.* Haece rite peracta forma, ſi accuſatus hora 4. 5. vel ſexta, cum tota dies cedat

cita-

Digitized by Google

